G. & P. in Christo. Venerabiles viri, & carissi[mi] fratres.
Quaeso ut hanc meam Adhortationem ad ~~Cives~~ meos Freiber-
genses diligenter inspiciatis, & si quid in ea aut
lenius, aut asperius scriptum esse videatur, ~~corriga~~
illud corrigatis libere. Composui eam pro mediocritate
donorum meorum, pro ut Dominus mihi concesserit gratiam, &
sapientiam. Quaeso etiam amanter vos oro, ut hoc
scriptum typis excudi curetis Dresdae. Consultum
mihi videretur, si nullo alio pacto fieri id possit, ut
ad D. Fabricium ~~m~~ illud transmittatur, ~~[illegible]~~
eumque rogetis nostro omnium nomine, ut Dresdam ~~mittat~~
illud mittat Typographo. Doleo ~~me~~ apud ~~Se~~
Consules & Senatores nostram admonitionem tam parum
habere ponderis, ut visum esse ~~[illegible]~~ Ratione humana
ut student Spiritum S. Sapientia vincere. Sed ista
committamus Deo. Satis est nostram conscientiam Salvam
esse. Bene valete in Domino, & pro me Vota facite
ut Dominus noster Jesus Christus benedicat migrationi
ad praedium Affinis mei, ut bene mihi, meisque eveniat.

D. Hieronymus Wellerus D.

237

I E (1915) 14

11.–

20.